

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Karl Martin Wilhelm Schrader

Dissertatio Iuridica De Successione Hereditaria Ex Iure Sanguinis In Ducatu Slesvicensi, Secundum Ius Iuticum

Rostochii: Adler, 1805

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1005138702>


Druck Freier  Zugang





OCR-Volltext

RU jurist. 1805

Schrader, C. Mart. Wilh.







DISSERTATIO IURIDICA

DE

SUCCESSIONE HEREDITARIA
EX IURE SANGUINIS

IN

DUCATU SLESVICENSI, SECUNDUM IUS IUTICUM.

Q U A M

PRO SUMMIS IN IURE HONORIBUS OBTINENDIS

CONSCRIPSIT

CAROLUS MART. WILH. SCHRAADER.

ROSTOCHII MENSE APRIL. MDCCCV.

1805

LITTERIS ADLERIANIS.

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

689

690

691

692

693

694

695

696

697

698

699

700

701

702

703

704

705

706

707

708

709

710

711

712

713

714

715

716

717

718

719

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

720

721

722

723

724

725

726

727

728

729

730

731

732

733

734

735

736

737

738

739

740

741

742

743

744

745

746

747

748

749

750

751

752

753

754

755

756

757

758

759

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

760

761

762

763

764

765

766

767

768

769

770

771

772

773

774

775

776

777

778

779

780

781

782

783

784

785

786

787

788

789

790

791

792

793

794

795

796

797

798

799

800

801

802

803

804

805

806

807

808

809

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

810

811

812

813

814

815

816

817

818

819

820

821

822

823

824

825

826

827

828

829

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

830

831

832

833

834

835

836

837

838

839

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

840

841

842

843

844

845

846

847

848

849

850

851

852

853

854

855

856

857

858

859

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

860

861

862

863

864

865

866

867

868

869

870

871

872

873

874

875

876

877

878

879

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

880

881

882

883

884

885

886

887

888

889

890

891

892

893

894

895

896

897

898

899

900

901

902

903

904

905

906

907

908

909

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

910

911

912

913

914

915

916

917

918

919

920

921

922

923

924

925

926

927

928

929

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

930

931

932

933

934

935

936

937

938

939

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

940

941

942

943

944

945

946

947

948

949

950

951

952

953

954

955

956

957

958

959

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

960

961

962

963

964

965

966

967

968

969

970

971

972

973

974

975

976

977

978

979

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

980

981

982

983

984

985

986

987

988

989

990

991

992

993

994

995

996

997

998

999

1000

VIRO
ILLUSTRI CONSULTISSIMO DOCTISSIMO
DOMINO
ADOLPHO DIETERICO WEBER

IURIS UTRIUSQUE DOCTORI, ET IN
CELEBERRIMA UNIVERSITATE ROSTOCHIENSIS
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO.

OPELLAM HANC
OFFERT

NOMINIS EIUS CULTOR OBSERVANTISSIMUS
A U T O R.

1800

C O N S P E C T U S.

- §. I. Generalia de successione, quae apud vandulos et s. p. locum habuit.
- §. 2. Vestigia consuetudinis, qua foeminae ab haereditate paterna excludebantur, in quibusdam veteribus legibus adhuc reperiuntur.
- §. 3. Nec res aliter in Dania se habuit.
- §. 4. Quid occasionem legi praebuerit, qua foeminae ad haereditatem vocantur.
- §. 5. De origine legis Juticae, quam Gydske Low nominant.
- §. 6. De viris, qui jus Danicum collegerunt, et fontibus, ex quibus hauserunt.
- §. 7. Incertitudo temporis promulgationis.
- §. 8. De natura et indole juris Jutici.
- §. 9. De autoritate juris Jutici post recentem codicem Danicum.
- §. 10. Testamentorum poene ignara lex Jutica.
- §. II. Clerici autem sibi providerunt.
- §. 12. De portione legitima.
- §. 13. De successione ab intestato.
- §. 14. Classes heredum sunt quinque.

§. 15. Prima Classis legitime natorum.

1. Jutica lex baptismō plus tribuit, quam ecclesia.
2. Non ubique in Ducatu slesvicensi hanc regulam sequuntur.
3. Differentia inter sexus indicatur.
4. Hoc non impedit, quo minus filius non nunquam portionem foeminae accipiat.

§. 16. Qui legitime natīs pares aestimantur.

1. De legitimatione per rescriptum principis.
2. De propria Jutica legitimatione.
3. Non omnes illegitimi ita legitimari possunt.
4. De legitimatis per subsequens matrimonium.
5. De adoptione.
 - a. an et quae adoptio in Ducatu Slesvicensi valeat?
 - b. quae jura in familiam receptus nanciscatur.

§. 17. Secunda Classis.

1. Quomodo parentes, matrimonio soluto, haereditatem filii capiant?
 - a. si morte solutum sit.
 - ab. Pater superstes.
 - B. Matre adhuc viva.
 - b. si divortio matrimonium separari.
2. Exceptio.
3. De successione parentum in bona naturalium.

§. 18. Tertia Classis.

§. 19. Quarta Classis.

§. 20. Quinta Classis.

Prolegomena.

Successionem in bona mortuorum non ita a jure-
consultis Slesvicensibus traditam esse, ut disciplinae
complexus meretur, ex incerta ejus ratione vix
aliter evenire poterat. Evidem ut iis, qui in hac
doctrina certius aliquid offerre conarentur, occasio-
nem praeciperem, et sibi et aliis hanc juris partem
accuratius tractandi, constitui in illa explicanda
pro viribus periclitari. Immo jam aliquid me
praestitisse putabo, si, quod suscepit, ita perfecero,
ut in hac re satis difficiili non frustra elaborasse
prudentibus videar; quanquam nova legislatori
tantum reservata sunt.

Si variationes textuum sensus claritati periculum non minarentur, versionem Blasii Eichenbergeri, anno 1593. 1603. et 1717. editam et autoritate publica munitam, allegavi, alioquin vero codicem veterem danicum, quem Kofod Ancherr restituit, et cum versione latina episcopi Canuti Kopsenii anno 1504 confecta comparavit, excerpti.

§. I.

*Generalia quaedam, de successione hereditaria, quae olim apud
Saxones, Vandales, Gothos, et Frisos obtinuit.*

Antiquitas docet, sexum sequiorem quum in armis et honor et gloria maxime poneretur, pugnaque instar juris esset, haud magni a fortioribus aestimatum fuisse.

Cujus quidem rei caussas recentiorum studio probatas non amplius hic persequar, tantum de regula, quod foemina sit finis familiae, quae ex contemtu mulierum orta et cum indole jurium germanorum, ex quibus partim iuticum hausérunt, arctissime juncta est, pauca dicam.

Ex cura, qua germani nomina gentilitia semper prosecuti sunt, et studio, splendorem familiarum egiarum conservandi, regula modo memorata, originem procul dubio duxit.

Hinc evenire facile poterat, ut pater familias, etiamsi hereditas ejus haud unice rebus ad expeditionem ornatum que militarem pertinentibus consisteret, quippe quae, quum essent filiabus inutiles, ab ipsis spernerentur, amoris tamen natura insiti immemor, filios solos heredes nominaret; quod, donec certa testamentorum forma legibus praescriberetur, juste fieri posse dubium haud erat.

Instituta hujus generis voluntati populi congrua, quum soepius fierent, plures imitari sunt, et deinde juris consuetudinarii vim in civitate obtinebant.

Hoc quidem certum est, foeminas temporibus antiquissimis nihil ex hereditate paterna accepisse.

S. 2.

Vestigia hujus consuetudinis, qua foeminae ad hereditatem paternam non admittebantur, in quibusdam veteribus legibus adhuc reperiuntur.

Reliquiae hujus instituti, in lege salica, seculo v. collata, inveniuntur

Lege salic. Tit. 62. §. 6.

a successione in fundum mulieres nempe arcentur.

§. 3.

Nec res aliter in Dania se habuit.

Krantzius in Vandalia C. 33. nec non Mikraelius in antiquitatibus Pomeranicis L. 2. n. 41. nobis persuadere studentes, foeminas in Dania, antiquissimis temporibus jam aliquid juris succedendi habuisse, et anno DCCCIIX. p. C. N. liberalitate regis *Suenonis*, cuius cognomen Tiuskineg (h. e. barba divisa) est, viris respectu hereditarii juris aequiparatas esse, in errore versari mihi vindicentur.

Aliiquid ex hereditate paterna, *Sueno* foeminis tribui jussit, sed ultra dimidium partis, quae maribus cesserat, largitionem extendi noluit.

Quod certe probat, mulieres ante hoc tempus plane exclusas fuisse.

§. 4.

Quid occasionem legi praebuerit, qua foeminae ad haereditatem vocarentur.

Benignitas regis, cuius Dani grato animo memores sint (§. 3.) non ex urbanitate, qua rex e moribus aevi facile careret, sed ex gratae mentis impetu erga salvatrices, originem duxit.

Maxime commiserandus ille rex, qui sceptro majorum patria ex manu extorto, ad cultum religionis paganorum reversus a civibus urbis Julinae ter in captivitatem abducebatur.

Primo, paganorum turba, regem tanquam defensorem a doctrina christiana intuens, ex captivitate, illum auro, quanto ipse penderet, redemit;

Secundo, pecuniam ingentem ex aerario et fisco solvit, tertio, autem dolo quum captus esset, aerarium adhuc exhaustum subditis non lubuit, pro rege tam adversa fortuna afflito extrema et reliqua numerare.

In hac calamitate mulieres amore erga regem adjumento fuerunt, quae, ut illum liberarent, aurum, margaritas, aliaque ejus generis ornamenta, duci dilecto donare haud dubitarunt. Rex ergo, in patriam atque regnum reversus, ut cuique aliquid muneris praestaret, omnibus jura hereditaria, quamquam imperfecta, tribuit, de quibus alio loco copiosius disseram.

Haec ita se habuisse, nec ut nonnulli credunt, ab illo rege mulieribus eadem, quae masculis jura, data esse, dubitari amplius non potest, quum postea leges scriptae sint, antiquioribus consentaneae, quibus foeminis jura inferiora, quam quae maribus concessa sunt, et hodie tribuuntur.

Lud. Holbergii historia regni Danici vers. germana.

T. I. p. 99.

§. 5.

De origine legis juticae, quam Fydske Law nominant.

His de legis vetustate praemissis, de origine legis, qua
sceletum quasi successionis induxerunt, pauca addenda
sunt.

*Waldemarus secundus, magnus ille rex, major tamen
legislator, a comite Henrico Suerinensi ob causam a
scriptoribus varie narratam (*) anno millesimo ducen-
tesimo vicesimo tertio subreptus, post captivitatem trium
annorum in libertatem reversus, exercitum ingentem
convocavit, ut hoc probrum ulcisceretur.*

Sed Ditzmarsi, subditi et auxiliarii regis, fide punica
in medio proelio, amicos inductos a tergo adgressi,
Danis jam vincentibus justam victoriam eripuerunt.

(*) Quidam dicunt, *Waldemarum* uxore comitis *Henrici*, amore
libidinoso corrupta, ab hoc, in hostem verso amico, meritam
in captivitatem abductum esse. Alii volunt regem inopinato a
comite, quem in gratiam (quum litem, quae inter eos fuerat,
composuisset,) receperisset, in papilione, ut est apud *Albertum*
Stadensem sceleratissima proutum esse.

Waldemarus, ut verbis *Alberti Stadensis* utar, per fugam elapsus, sagum toga permutans, legem omnibus communem promulgando, exemplum principibus imitandum statuit.

§. 6.

De viris, qui jus Danicum collegerunt, et fontibus, ex quibus hauserunt.

Hanc legem omnibus subditis Danici imperii, praeter incolas Scaniae et Selandiae, qui jam leges suas habebant, datam, e consuetudinibus Scanicis, Selandicis, Goticis et aliis, colligi jussit.

Archiepiscopi *Gunnerus Viburgensis* et *Uffo* (oeue) Lundensis ad mandatum regis, clamoribus subditorum de incertitudine juris perturbati, hoc opus suscepserunt.

Maximae solennitates, populo Wardinburgum convocato, promulgationem hujus legis celebrarunt. Constitutiones ei non consentaneas *Waldemarus* comburi jussit.

§. 7.

Incertitudo temporis promulgationis.

Mirum quidem, nullius tamen momenti mihi videtur, quod de anno promulgationis memoria non exstet.

*Blasius Eichenberger, Flenopolitanus celeberrimus, in prologo versionis juris Jutici in vernaculam, anno millesimo ducentesimo, octogesimo promulgatum esse vult, quod tamen, quum *Waldemarus* aliquot annis ante mortuus jam esset, ita se habere non potest.*

Nonnullos porro promulgationem anno millesimo ducentesimo quadragesimo, alios tricesimo primo factam esse, defendere; has lites, amplius non disquirens, tantum non intactas relinquo.

§. 8.

De natura et indole juris Jutici.

Ratio confectionis juris Jutici, ut peregrinarum nempe legum insuperabili impetu aliiquid proprii juris opponeretur, non ubique ex ingenio ejus elucet.

Non solum Justiniane, sed etiam saepius canonici juris vestigia in Juticarum legum collatione reperimus. Quod vero ex amore compilatorum erga jura, in quibus hucusque semper versati fuerant, facile explicari potest.

§. 9.

De autoritate juris Jutici post recentem conditum Danicum codicem.

Nec commentariis, nec circumlocutionibus a doctissimis viris editis jus Danicum caret.

Quorum tamen non amplius mentionem faciens, tantum dicam *Waldemari* legem, post jus Danicum recens, anno millesimo sexcentesimo, octogesimo tertio, a Christiano V. promulgatum, ab hoc tempore in ducatu Sleswicensi tantum valere.

§. 10.

Testamentorum plate ignara lex Jutica.

Jus illud Juticum posterioribus constitutionibus valde quidem mutatum, testamentorum paene inscium, hoc respectu simplicius legibus romanis se habet.

Quae Jutica lege de testamentis et eorum auctoritate sanciuntur, haec avaritiam monachorum prae se ferunt.

Haud raro loci inveniuntur horrorem testamentorum, ut ita dicam, indicantes. — Timor, ne heredum ex sanguine jura laedantur, ita vehemens est, ut conjuges a donationibus inter se atque adeo minimis, sine consensu heredum arceantur.

L. 3. l. 43.

§. II.

Clerici autem sibi providerunt.

Monachis nihilominus caput ejusdem libri ab hoc secundum, spem magni tributi, circumventis laicis impositi, haud frustra ostendit.

Foeminae, quibus nec amicis nec propinguis, si liberos habeant, quid donare permissum est, usque ad dimidiam, si liberos habeant, et si tales non adsint, dimidiam rerum mobilium, monachis, ad redemptionem animae, uti astute dicunt, dare possunt.

§. 12.

De portione legitima.

Legitimae, in jure Jutico testamentorum ignaro plane non mentio facta est, nec sequentibus in constitutionibus, testamenta aliquo tamen modo circumscripta, permittentibus, ejus definitio reperitur.

Soepe tamen recentioribus temporibus occurrentia testamenta, et ex his ortae querelae, usum regularum juris romani de legitima, potissimum auctoritate juris canonici, quod in terris slesvicensibus valer, nobis necessarium reddiderunt.

§. 13.

De successione ab intestato.

Quae cum mihi satis dicta de indole juris Jutici quoad dispositiones mortis causa videantur, ad successiōnem ab intestato transeo, cuius regulas ex

L. 1. C. 4.

prae aliis hauriemus.

§. 14.

Classes heredum sunt quinque.

Jus Juticum, discriminis inter fratres, sororesque germanos et unilaterales inscum, tamen successionem ascendentium, fratribus a patre repulsis, avo autem fratribus praepositis, interrumpens, in quinque classes heredes ab intestato collocari jubet.

§. 15.

Prima classis legitime natorum.

Haec classis descendentes legitimos in infinitum quidem comprehendit, sed non adeo indistincte, ut jus romanum, quod, si de successione in bona paterna quaestio oriatur, solummodo requirit, ut quis legitime natus sit.

i) *Jutica lex baptismo plus, quam ecclesia tribuit.*
 Jus Danicum, de quo loquimur, speciem superstitionis seculi decimi tertii p[re]se ferens, non baptizatis nec jura hereditaria propria, nec eorum translationem in alios tribuit, ac si nunquam in vivis fuissent.

L. I. C. I. §. I.

Cujus insanae constitutionis effectus iniqui et justo duriores potissimum se exserunt, si infans recens natus ejusque

mater aut alii consanguinei matura ac repentina morte occumbunt, tuncque de hereditatis acquisitione et ejus transmissione quaestio exsurgit.

2) Non ubique in Ducatu Slesvicensi hanc regulam sequuntur.

Quod praeceptum nonnulla tantum in hoc Ducatu statuta, quorum conditores rationem plus, quam Papae stultias in mente habuerunt, in honorem humani generis spernunt.

3) Differentia sexus.

Coeterum liberi baptizati in infinitum ad haereditatem vocantur, discrimine sexus tamen observato.

Quamquam enim filiae eodem jure haereditario utuntur, quo filii, tamen vir duas, foemina unam tantum portionem capit.

L. 1. C. 5.

4) Hoc non impedit, quo minus filius nonnunquam portionem filiae etiam accipiat.

Cum tamen haec ratio (non tam personae ipsius, quam potius primae originis) spectetur, soepe fit, ut vir dimidia portione, quam foemina ex haereditate sibi sumit, contentus esse debeat.

Jus enim repraesentationis, quod jus romanum in linea collateralium tantum valere jussit (*), Juticum in linea descendantium quoque admittit.


Ne incertitudines nempe de regula generali: vir habeat duas foemina unam partem, orientur, locus supra citatus rem definit, si nepotes ex filia, cum filiis aut filiabus ex filio adsint. Filiarum liberis sicut matri, si vixisset, haereditas cedit, et reciproca cum sint jura haereditaria, quod de filiis filiarum dictum est, id etiam filiabus filiorum procul dubio contingit, quanquam lex diserte de hac re non loquitur. Inter se autem differentiam sexus non negligentes, portionem a parente iis debitam dividunt.

(*) Plurimi et celeberrimi juris consulti contrarium defendant, jus repraesentationis in linea descendantium, proprie valere volentes. E. G.

Walch introd. in cont. jur. civil. sect. II. c. IV. memb. V.
Mihi tamen leges aliter statuere videntur. Nusquam enim (Nov. 118.) de jure alieno, descendantibus remotioribus tributo, loquitur, sed etiam discriminem graduum in linea deseendentium expressis verbis excludendo, remotiores in hac classe, *proprio jure* ad haereditatem vocat. Quam ob rem *Bergeri* sententia et aliorum, qui nepotes remotioresque ex jure *proprio* admittendos esse, non dubitant, mihi praferenda videtur.

Berger oec. jur. Lib. 2. tit. 4. §. 37. not. 4.

Exemplum illustrat rem.



A, relictis quindecim millibus aureis obiit. Ex filio D neptem G, ex filia E, nepotes H et I, cum nepte K, reliquit.

G. quamquam foemina, quum in locum patris succedat, sibi decem millia aureorum, h. e. duos trientes sumit; H, I, et K, matrem E repraesentantes, ultimum accipiunt tridentem, quem inter se ita dividunt, ut H. et I. binas partes, K. unam habeat.

Singuli fratres itaque duo millia, soror mille tantum aureorum habebit.

§. 16.

Qui legitime natis pares aestimentur.

Legitime natis, per rescriptum principis et per proprium quendam judiciale actum legitimati pares ponuntur.

Per subsequens matrimonium quae sit legitimatio,
lege Jutica quidem introducta

L. I. C. 25. §. 2.

recentioribus constitutionibus autem circumscripta est.

De singulis his modis legitimandi, haec notari merentur

1) de legitimatione per rescriptum principis.

Imperator romanus plenipotentia quadam superiore, jura, quibus extra matrimonium nati carebant ipsis concessa per rescriptum legitimatione restituit, ita quoque in Germania ex aequali fundamento haec legitimatio aut ab ipso imperatore ejusque nomine, aut ab iis, qui superioritate territoriali gaudent, indulgetur.

Haud aliter Rex Daniae, nec in Slesvicensi Ducatu circumscripte imperans, spuriis, naturalibus, incestuosis et sic porro, omnia jura legitime natorum tribuere, et per alios etiam, si velit, hoc jus regale exercere potest.

Comites tamen palatini, caesareis ex juribus privilegia deducentes, in ducatu slesvicensi, hac auctoritate non gaudent.

2) De peculiari Jutica legitimatione.

Altera quaedam legitimatio, per declarationem judicalem patris: se hunc filium naturalem, suum agnosceret, sine solennitatibus sit.

3) *Non omnes illegitimi ita legitimari possunt.*

Hoc vero beneficium legitimatis jutica lex

L. I. C. 25. §. 1.

quibusdam illegitimis tribui non vult.

Utrum locus citatus de adulterinis, an ex fornicatione natis intelligendus sit, dubium est.

Verba tam Danici textus, quam versionis vernaculae, de liberis ex fornicatione natis, loqui videntur (*) quod verisimilius adhuc fit, si ponamus, quod jutica lex, concubinatum permittens,

L. I. C. 27. §. 1.

ex hac consociatione natos simili modo, ac ius romanum, reliquis extra matrimonium natis preeferat.

Si vero, altera ex parte cogitemus, quod jus Dani-
cum haud raro adulterium sub nomine fornicationis
(Huren) comprehendat (**) quod porro interpres doctis-
timus textus Danici, *Kanutus Kopsenius*, qui non longe
post tempus promulgationis legis Juticae vixit, locum ad
hanc rem pertinentem, de adulterinis intelligendum esse

(*) Hor barn tæke andi after Father, Hor Kinder de erven den
Vader nicht.

(**) L. 3. C. 37. §. 1. 2. 3.

Fanger man far i hersiang math annen mans Kunne.

doceat (*), eorum, qui posteriorem sententiam defendunt rationes, majus videntur pondus habere, id quod similitudo quaedam Danicarum constitutionum cum jure canonico adhuc confirmat. Haud obscure nimirum ^{haud imp}
onclusum. L. 1. C. 25.

Juticae legis, indolem extensionis.

adulterio. C. 5. x. de eo, qui duxit in matrimonium.

adulterinis ex parentum facultatibus, *necessaria concedentis,* prae se feit, et de iisdem, de quibus jus canonicum loquitur (*adulterinis - Hor = bare*) disserit. Quam etiam sententiam

Bluttingius in libro manuscript. Vom Erbgangs-
Recht. C. 2. sequitur.

Quamquam quidem pater adulterinos, judiciali declara-
 ratione: suos esse veros descendentes, nec legitimare,
 nec ad successionem vocare possit, tamen rigorem juris

(*) P. Kofod Anch. *Sydske Lovbog paa gammel Dansk.* L. 1.

C. 25. vers. latinae canuti episcopi ibi allegatae.

De liberis adulterinis.

Ex adulteris nati, patri non succeedunt.

canonici corrigens constitutio, patri quantum velit, adulterinis inter vivos dare concedit. (*)

4) *De legitimatis per subsequens matrimonium.*

Tertium supra nominatum genus legitimatis per subsequens fit matrimonium.

Non romanum (**) nec jus canonicum (***) hujus naturalis, ut ita dicam, restitutionis ignara sunt, sed et juri germanico haec disciplina ita placuit, ut ornamentis, quibusdam miris eam commendaverit, unde legitimati per pallium (Mantelkinder) orti sunt.

Lex Jutica in

L. I. C. 25. §. 2.

de hoc modo legitimatis disponit (†) nec aliquid huic loco perspicuo, cuius ex autoritate per connubium legitimati, aequae ac legitime nati in bona amborum parentum

(*) *Kofod Acker*, loc. cit. *L. I. c. 25.*

for uten han salde them noket in hender syrrae an handet.
vers. lat.

nisi ante mortem quid illis in manum tradidit.

(**) *I. 10. II. C. de natural. lib. nov. 74. c. 4. Nov. 89. c. 8.*

(***) *C. I. 4. 6. x. qui filii sint legitimi.*

(†) *Hedde of ein Man unechte Kinder unde nimpf de Moder barna tho Echte, so sint iet doch alle echte Kinder, este se schon alle ner geboren seyn, ner de Vader de Moder tho echte nam.*

succedunt, addendum, nisi quod secundum recentiores constitutiones, subsequens matrimonium, inter rusticos tantum, jura successionis, antea natis tribuat; nobilium autem et civium illegitimae proli, maculam duntaxat, abstergat. (*)

5) *De adoptione.*

Alia, nec minus controversa quaestio circa adoptionem in Jutico codice, nobis occurrit.

Non solum, utrum omnino adoptio secundum legem Juticam valeat, sed si institutum aliquod hujus generis statuamus, quae jura adoptatus nanciscatur? ex utraque parte disputatur. Singulas discutiamus quaestiones.

a. *An et quae adoptio in Ducatu Slesvicensi valeat?*

Ut hanc quaestionem accuratius disquiramus, ambos de ea loquentes §§. Juticae legis, in lingua, qua tunc temporis utebantur, inseramus.

L. 1. C. 21.

Vm skanfrith Börn

Skanfrith Börnan skal fäther till things förn, ock linsan at thet er hans barn ock skotan thet swat sum hau wil thet gien. oc sum unglit sum sköth worder thet halder born oc ei

(*) Königl. Verordnung vom 1^{ten} Jul. 1778.

mern. arn lius han that i Kyr oe i folh oe skother
ecki, tha taker that half loot with athelonne Barn.

vers. lat. Canuti.

De filio naturali.

„Filiū naturālēm pater legitimaturus in iudicium ducet,
„palamque filium suum esse pronunciabit, eique in jure
„cedet, quantum ei dare vult, et quod cessum fuerit,
„obtinet filius, nec amplius. *Sed si eum inter legitimos*
„*adsciverit*, nulla donatione insinuata dimidiā portionem
„cum legitimis capit.

C. 22.

Hawann Father ma sid gör an til Barn.
Hwann sun Father gör til Barn then ma engi man wrecke.

vers. latina Canut.

„*Soli patri fas esse sibi filium facere.*

„Quem pater sibi filii loco adoptaverit, eum nemo im-
„probare potest.

Rubrum c. 21. de

slkanfrith Barn, h. e. liberis ex concubina natis disserit.
Postquam de horum legitimatione actibus legitimis in-
tervenientibus, nonnulla decreta sunt, legislator pergit;
wen lius han thet i Kyn oe i folh. h. e. si eum (filium
naturalem) inter legitimos adsciverit, et sic porro.

Mihi sane nihil planius hac lege unquam occurrerit. Nihil aliud in supra allegata lege contentum mihi videatur, quam potestas patris, naturalibus liberis, qui nihil ex facultatibus genitoris accepissent, declaratione judiciali interveniente, eam partem, quam amor eorum. iis designavit, tribuendi, nec non, si majore eos favore complecti velit, receptione inter legitimos, quos habeat liberos, ad semissem haereditatis vocandi.

In alios, quam *naturales* liberos haec non extendenda constitutio, mihi itaque potius legitimationis, quam adoptionis genus continere videtur.

Nec ulla romanae adoptionis vestigia, nec similitudinem, nec analogiam, quam nonnulli senserunt, animadvertis.

Contrarium defendantes de adoptione, uti hanc disciplinam vocant, cum legitimatione quidem simul disponi, haud negant, attamen ejectionem; ann. *Hans thet i syn oe i folsh.* propriam a legitimatione differentem sanctionem continere volunt. Verum enim vero ad id prout par est respexisse non videntur quod verbum: *het h. e. eum* satis doceat, legem eodem tenore de naturalibus liberis loqui.

Nec mihi caput 22.

Juticae legis, cui rubrum est:

Hvaem Father ma sich gørni til Barn (solipatri fas esse sibi filium facere) quod, si ad verba convertimus, ita exprimeretur: *cui, se patrem filii reddere, fas sit, et quo cavetur, ne quis eum, quem pater in familiam receperit, reprobet, adoptionem, sed potius supra disquisitam legitimationem judicialem continere, et voluntatem patris nullo modo circumscribendam esse, praescribere, mihi videtur.* Quam sententiam nec doctissimus *Kosod Ancker* rejecit. (*)

Caeterum vero nemo in Ducatu Slesvicensi impeditur, quominus per pactum sibi aliquem filium haeredemque creet, salvis tamen juribus singulorum, et quae recentiores constitutiones de confirmatione praescribunt, servando.

Königl. Verordnung v. 15ten Jul. 1778.

b. *Quae jura in familiam receptus nanciscetur?*

Explicata quaestione de natura et indole adoptionis,

(*) Kosod Anchers Gydske Lönbog paa gammel dansk c. 22. not. h.
vers. lat.

Dissentit pater in libro, cui titulus est: Handbuch der vater-
ländischen Rechte in den Herzogthümern Schleswig und Holstein.

T. I. p. 237.

uti hanc disciplinam juris Jurici vocant, de juribus, quae filius talis *civilis* habeat, nonnulla adjiciam.

Duo hic sunt distinguenda.

Pater si filio naturali coram judice legitimato aliquid det, aut promittat, hoc, nec amplius quid, filius habeat.

L. 1. C. 21. §. 1.

— — — unde stidde, dat is geven em so vele, alse he em geven will, unde so vele, alse em dar geschötet werde, dat beholdt dat Kindt, unde nicht mehr. Si autem nullam partem facultatum pater filio, durante actu legitimationis dederit, aut promiserit, lex haud inepte praesumit quod pater eum reliquis liberis quodam modo aequiparari voluerit, et hanc ob causam ad dimidiam cum legitimis naturalem admittit.

L. 1. C. 21. §. 2.

Kündiget he örrest dat Kindt in Kin oc i Kuld, dat is, tho Erve unde tho Geschlechte, unde schötet, edder gifft eine nichts: So nimpt idt halven Deel mit dem Adelkōmen Barn, dat is mit deme Echten Kinde.

§. 17.

Secunda Classis.

Ascendentium proximi, descendantibus parentibus, modo soli, modo cum collateralibus haereditatem capiunt.

Lex Jutica non sicut jus romanum, ascendentes indistincte cum fratribus sororibusque et eorum filiis admittit. Parentes e contrario ante fratres et sorores, quos plane excludunt, vocantur, et in communionem eorum, si conjunctim vivunt, bona transeunt, ita ut neuter eorum partem specialem in bonis haereditariis filii habeat.

L. I. C. 9.

Of Barn dör i Fanlugh.

Of Barn dör i Felgan met Father oc Mother, tha er that sun sunn thet aldrigh ware ffd.

vers. lat. Canuti.

„Si moritur filius in communione cum patre et matre Filius, „in communione cum patre et matre denatus, pro non nato „habetur.

Hoc caput de liberis, qui in parentum potestate moriuntur, disserere quidem videtur, attamen quod sequitur, docet, potius de liberis sermonem esse, qui moriuntur, dum parentes inter se, in communione bonorum vivunt.

Ita nempe lex pergit: Dör Barn oc er mother fyre döth hnut helder skifth er fra Father eth eitho at then haver susken tha erwen Father alt ennann er Father döt oc liver Mother oc er susken til. Tha taker Mother ecki meran en an hemer Barn, ant stypbarn ofer til.

vers. lat. Canut.

„Filio autem post matrem defuncto, solus pater succedit,
 „sive materna bona a patre accepit, sive minus, etiam
 „superstitibus fratribus sororibusque. Sed si pater prior
 „moritur, mater cum fratre et sorore superstes, non
 „nisi aequaliter, cum quo filiorum vel cum privigno, si
 „quis est, admittitur.

His ex paeceptis mihi perspicuum videtur, non de
 liberis in communione bonorum cum parentibus, sed
 durante communione inter parentes mortuis, sermonem
 esse.

De nihilo poene lex in causa contraria statueret,
 quum solummodo successionem in peculium adventitium
 definiret, quod insuper, tamquam romano juri proprium,
 partim Jutiae lege ignotum est, partim etiam ab ea
 reprobatur. (*)

(*) L. I. C. 12.

Thut des Bonden Sohne buten Landes Kopenschap to driven,
 unde vererret Geldt in der Gemeenschap (von sinen Vader unaf-
 gedecket) un de Vader starret unde Sohne will Erve nehmen en
 sinen Vader, so schall he alles tho der Deele bringen, este missen
 dat Erve. Haec lex, cuius tantum versionem Blutingii hic
 allego; quam tam textus Danicus vetus, quam versio latina

Accedit, quod quaestio, utrum parentes in communione bonorum vivant? nec ne? si ex liberis unus aut alter mortuus sit, maximam efficiat differentiam, ratione divisionis, quod vero parentes filii emancipati aequae ac in communione cum iis viventis, haereditatem capiant.

L. I. C. 9.

Parentes enim in communione bonorum viventes, ut jam supra dictum, haereditatem filii ita capiunt, ut neuter eorum partem ejus propriam habeat, sed omnia communia fiant; posteaque, si unus eorum decesserit, secundum leges, hac de re speciatim disponentes, dividantur.

Quid vero si communio bonorum inter parentes non sit, aut mors, aut separatio matrimonii causam praebuit. Sed singula nunc perquiramus.

i) *Quomodo parentes, matrimonio soluto, haereditatem filii capiant?*

a) *Si morte solutum sit.*

Canuti non differant, mihi sane peculum adventitium reprobare videtur. Sancitur nempe haec constitutione, ut filius, quae proprio studio et labore, ante emancipationem, „in der Gemeenschop (von suen Vader unaufgedelet)“ sibi procuraverit, conferat.

a. *Pater superstes exclusis fratribus et filiis eorum, omnia liberorum sumit, nullo discrimine habito, utrum sint emancipati, nec ne? h. e. utrum partem ex facultatibus maternis acceperint, nec ne?*

L. I. C. 9.

b. *Cum matre autem superstite non solum fratres, eorumque proles, sed etiam unilaterales simul, et eorum filii admittuntur.*

L. I. C. 9. in fin.

y. *Jis vero, accedere dubito, qui exceptionem hic statuentes, matri portionem viri si cum privigno haereditatem adit, tribuunt: (*) nulla enim hujus generis pracepta lex continet, ad quod accedit, ut quod sequitur, exceptionem in favorem mulierum continens, regulam firmet.*

b. *Si quidem divortio matrimonium separetur:*

Foemina ex matrimonio dimissa, cum marito, aut

(*) Dissent. *Blutring.* in glossa ad L. I. c. 5. ad verb. „*och geließ dem Sohne unde dem Steff-Söhne.*“
nec non *pater* in libro.

Handbuch der vaterländischen Rechte t. 2. p. 227, not. 1.

si mortuus est, cum filiis aequalem partem sumit,
nec aliter hoc privilegio gaudet.

L. I. C. 5. ()*

Hoc caput causam eorum definit, qui in matrimonio putativo vixerant, postea vero, cum impedimenta innotuissent, separantur.

Bluting in glossa ad c. 5.

Quod etiam in eos adhibetur, ex quorum liberis unus aut alter moritur, dum parentes a mensa et thoro separati sunt.

Bluting. in glossa. loc. cit.

2) Exceptio.

Si vero aliquis matrimonio junctus, aut aliqua nupta ob adulterium separata, hoc conjugem subsequentem celet, praeter partem bonorum quae attulit, etiam facultatem, a liberis propriis, ex hoc novo matrimonio procreatis, haereditatem capiendi amittit.

(*) De Man nimpt jo half so vele mehr, alse eine Fruwen, in allem Erve, ane de dar weren Echte Lüde unde wurden gescheden na deme geistlichen Rechte unde na der christlichen Kerken Verordnunge, unde schölen ere Kinder erven: In solker Erffneming so nimpt de Fruwen so vele alse de Man, ock gelick dem Söne unde den Steffsöne, wenn se Erven nemen schölen.

L. I. C. 24.

3) *De successione parentum in bona naturalium.*

Naturalibus liberis non legitimatis, pater non succedit, mater autem non repellitur.

L. I. C. 22. (*)

(*) Ut error a *Blasio Eickenbergero* commissus, magis perspicuus, reddatur, textum Danicum sequamur.

Hwann Father ma sicc gørne til Barn — — — Hurlifman sol gör wet allen loghum slekfrið Barn a thíngan. sucre for thet sum for athelonne Barn suare sum abethes. ann haver han slekfrið Barn, oc sius thet ant a thiagi, worher thet drepen, tha take mothers freder all bot oc Fatheres, Fremder ecke oc ni Father. en worther that stradts erwe mother oc Father.

vers. lat. Canut.

„quem pater in judicio rite legitimaverit, si damnum dat, id praestare tenetur illius nomine perinde ac filii legitime nati; sed si filius naturalis, nondum legitimatus occiditur, materni cognati integrum muletam exclusis paternis et patre ipso capiunt. Si vero suo fato fungitur, mater ei succedit.“

Hic locus nulla profecto ampliore declaratione eget nec refutatione *Blasii Eickenbergeri* opus est, qui ita verit: heft ock ein Man sin unechte Kindt up deme Dingo gerechtiget, unde wert dadtgeschlagen, dar nimpt de Vader edder des Vaders Fründe von der Vote gar nichts, sondern dee Morder Fründe nemen de Vote alle thosamende.“

§. 18.

Tertia Classis.

Ascendentibus prioris gradus non existentibus fratres et sorores tam germani quam unilaterales ad hereditatem vocantur.

L. I. C. 4. §. 7.

Haec lex fratres modo et sorores, nec eorum liberos denominat, qui secundum

L. I. C. 5.

in quinta collocarentur classe, et jure repraesentationis non praediti, in capita succederent.

Bluting. ad L. I. C. 5. ad verb. Zeder gelike vele.
Novior autem lex, cui titulus est:

Constitutio super jure repraesentationis in Ducatu Stesvicensi d. d. I. Dec. 1649.

regulas juris communis, ratione juris repraesentationis rursus introduxit, plane non habito tamen discriminē.

Sole clariss est, *Eickenbergerum* voculam: ani - non - nondum
— omissee

Alioquin etiam lex sensu careret.

Bluting in glossa ad haec verba nec non in tract. Manuscript. Vom Erbgangsrecht nach dem Jütischen Löwbuch. C. 13.

inter germanos et unilaterales, servatis autem iis, quae lex Jutica de praeferentia sexus virilis, respectu divisionis jubet.

§. 19.

Quarta Classis

Ascendentes remotiores continet.

L. 1. C. 4. §. 6. ()*

Sub nomine matris haec lex ambo parentes ponit, nec declaratione indiget.

In hac classe proprietor gradu remotiores excludit.

Bluting ad leg. cit.

Nec tamen adscendentes in lineas ut secundum jus romanum, si soli adsunt gradu aequales, sed in capita hic semper succedunt.

Bluting in tract. mansc. Vom Erbgangs-Recht.

C. 16. N. 6.

Naturalis enim est regula, ut quisque ad haereditatem admissus portionem suam sumat. Peculiaris requiritur igitur lex, si alia species successionis locum invenire debet.

(*) Heft Kindes-Kindt nane Moder ob, nene Suster este Broder, so ervet idt wedder an den Eldre Vader unde an de Elder Moder.

Nec discriminus sexus in hac classe negligitur, ita ut
vir bessem, foemina autem trientem capiat.

L. I. C. 4. et 5.

Bluting in tract. mansr. Vom Erbgangs-Recht. C. 16.
n. 4. ubi errorem in glossa ad verb.: Elder. Vader unde
Elder. Mōder C. 4. l. 1. *commissum corrigit.*

§. 20.

Quinta Classis.


Denique collaterales remotiores secundum propinquitiatis gradus. discriminis inter viros et foeminas, respectu divisionis servato, ad haereditatem admittuntur.


L. I. C. 5. §. 2. 3. ()*


(*) §. 2. Wor nene Sūsteren edder Brödere vorhanden syn, da er wet de Vader Broder, de Mōder Broder, Vader, Syster, Broder Kindt, unde Syster Kindt, jeder gelike vele, als wenn se alle Systere unde Brödere weren.


Quae lex, ut supra memoratum, constitutione, de ann. 1649. mutata est, ex quo evenit, ut liberi fratrum jam in tertio succeedant ordine.

§. 3. Doch nimmt de Man stedes twe Deele, unde de Fruwenspersone dat drüdde Deel.









inter germanos et unilaterales, servatis autem iis, quae lex Jutica de praferentia sexus virilis, respectu divisionis jubet.

§. 19.

Quarta Classis

Ascendentes remotiores continet.

L. 1. C. 4. J. 6. ()*

Sub nomine matris haec lex ambo parentes ponit, nec declaratione indiget.

In hac classe proprior gradu remotiores excludit.

Bluting ad leg. cit.

Nec tamen ascendentes in lineas ut secundum jus romanum, si soli adsunt gradu aequales, sed in capita hic semper succedunt.

Bluting in tract. mansc. Vom Erbgangs-Recht.

C. 16. N. 6.

Naturalis enim est regula, ut quisque ad haereditatem admissus portionem suam sumat. Peculiaris requiritur igitur lex, si alia species successionis locum invenire debet.

(*) Hest Kindes-Kindt nane Moder ob, nene Syster este Broder, so ervet idt wedder an den Eldre Vader unde an de Elder Moder.

